UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

N.II. Des Nuncii Apostolici darauf gemachte Verfügung.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52129

Visual Library

1647. Dec. proſpiciamus, facit, iisque Nos adigit quantum Paterna ſeſe noſtra Charitas effundit, ut mature evertendis interrcuramus impenſiſſimâ curâ. Et quidem bellorum turbines, quæ totam jam Europam miſerrimè funeſtârunt, tam vehementer noſtram mentem exagitant, ut in tantæ commiſeratione calamitatis, congruentes á nobis lachrymas acriter atque ubertim excutiant. 1647. Dec.

Quidni vero tangant Pontificium animum diſſidentium filiorum arma, quibus Chriſtiani Nominis hoſtes melius perirent? Vocatam porro ab hac Sancta Sede in hujus partem ſollicitudinis Fraternitatem tuam, his nunc primum Nos literis compellamus, ut conciliandis Chriſtianorum Principum animis, cunctas in peramplo iſto Monaſterienſi Conventu ingenii corporisque vires laboresque intendat, ſeque ipſam ſuasque virtutes, quibus in magnis arduisque rebus cum laude peragendis egregie inſtructa eſt, alacriter in id opus conficiendum advocet, ſatagens providensque in omni patientia & doctrina, publicæ jam tandem reſtituendæ tranqvillitati. Hujus verò qvi largitor eſt, Omnipotens, ſuam, ut cum ea, gloriam Nos enixe tueamur, jubet, adeoque ut nullum, ad hanc conſtabiliendam Concordiam, Religioni detrimentum, Romanæque Eccleſiæ dignitati paretur.

Quamobrem id a Fraternitate tua omni ope exposcimus, plane pro Noſtro Paſtorali munere mandantes, nihil ut in ipſa Pacis conſtitutione, quoad ejus, per te ſine omni contentione fieri poſſit, decretum firmatumque velis, quod divino cultui Chriſtianæ fidei, atque Eccleſiaſticæ immunitati periculum damnumve conflare ullo modo poſſit: cautumque his literis per Nos ſit, ne ipſe Conſtitutionibus ejusmodi vel minimum aſſentiens, conniventem his quoquo modo ſenſum, aut præſentiam usquam adhibeas. Quin et, ſi opus fuerit, obſiſtas conſtanter ac repugnes, Teque adverſantibus Eccleſiæ ſententiis impavide opponas, conteſteriſque, denuncies, edicas, operamque in id omnem, verbis & re, opportunam ſerio ac fidenter impendas, etſi ab ipſa rei tractatione pariter Te decedere opportuerit, eoque pateat, exæſtuante, ut par eſt, Apoſtolico zelo, humanas quascunque rationes, DEI cauſæ omnino â nobis poſthaberi, eamque vel ipſo pectoris & vitæ objectu defendendam ac vindicandam. Hæc Te omnia pro tua ſingulari pietate ac prudentia, maximaque in Nos & Sanctam hanc Sedem obſervantia obſequentiſſimo ſtudio impleturum confidimus: Et Apoſtolica benedictione Fraternitatem Tuam ex animo muneramur. Datum Romæ apud St. Petrum ſub annulo Piscatoris die 5. Octobris 1644. Pontificatus Noſtri Anno primo.

Venerabili Fratri, FABIO CHISIO, Epiſcopo Neritonenſi in Colonia aliisque Germaniæ Inferioris partibus,
Noſtro & Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

Caspar de Simeonibus.

N. II.

Nuncii Apoſtolici Literæ, ne quid in Religionis præjudicium tentetur.

Illuſtriſſime ac Reverendiſſime, Domine Obſervantiſſime.

Perceperit dubio procul à ſuis aliorumque Principum Eccleſiaſticorum in hocce Conventu Deputatis Illuſtriſſima Dominatio Veſtra, quam magnum in diſcrimen ab adverſariorum impietate revocetur Catholici Religionis conſervatio. Et quoniam unanimi Catholicorum Statuum concordia, improbis hisce molitionibus egregie hucusque repugnatum eſt, ne modo in ipſa Pacis concluſione (ſi contingat) ignaviter proſtituetur, cognoſcet, conſequenter eo fortius inſiſtendum fore, ne contra DEI honorem, contra conſcientiam, ac S. S. Patrum, Conciliorum Pontificumque Decreta quidquam contingat

1647. Dec. tingat attentari, ſecus enim ſicuti ego pro munere, quo fungor, proteſtatus ſum, atque acrius impoſterum proteſtabor: Ita neutiquam Pacem habendam, aut tutam aut permanentem prævideo, niſi eadem debiti cultus ac pietatis in Deum Catholicis præſcriptionibus usque quaque conveniat. 1647. Dec.

Rogo igitur Illuſtriſſimam Dominationem Veſtram ſuis Deputatis mandet, ut ſaniora & ſecuriora conſilia ſectantes, conſtanter pro DEI cauſa ſe gerant aliisque præbeant exemplum, quid Eccleſiaſticum & primarium Principem deceat, & pro ſui honoris ac ſtatus pro animarum ſibi & bonorum commiſſorum conſervatione, quorum rationem DEO ante verendum illud Tribunal reddere tenemur, ubi & patebunt cordium penetralia & ad exactiſſimam lancem tum noſtræ vires, tum obligationes cum operibus erunt conferendæ. Abſtineo pluribus, ne videar de perſpecto Illuſtriſſimæ Dominationis Veſtræ zelo vel hilum dubitare, Eidemque precor felicitatem diuturnam, atque mea officio obſequia. Datum Monaſterii Weſtphalorum, die 29. Novembris Ao. 1647.

Illuſtriſſimæ ac Reverendiſſimæ
Dominationis Veſtræ

Officioſiſſimus Servus
F. C. Epiſcopus Neritonenſis.

An den Biſchoff zu Oſnabrück.

Summariſcher Inhalt
des
Drey und Dreyßigſten Buchs.

§. I. Der Evangeliſchen Vorſtellung an die Schweden, wegen der von den Kayſerlichen gegen ſie führender Beſchwehrden: Der Schweden nachdrückliche Entſchuldigungen.

II. *Evangelici* thun den Kayſerlichen Repræſentation: Der Kayſerlichen Erklärung darauf.

III. Diſpute zwiſchen *Salvio* und dem Bremiſchen Geſandten; Schweden imputiren den Kayſerlichen den Verzug.

IV. Der Kayſerlichen Beſchwehrung über der Schweden Aufzüge und Poſtulata: Adhortiren die Stände, den Punctum *Gravaminum* unter ſich zu vergleichen: *Evangelici* erklären ſich dazu und bitten um die *Ultima*: Schweden ſind damit auch zufrieden.

V. Der Evangeliſchen Stände Deliberation in Puncto *Amneſtiæ & Gravaminum*. N. I. *Protocollum* Oſnabrug. d. 10. Januar. 1648. N. II. *Evangelicorum Declarationes Ultimæ* über beyde Puncten.

VI. Der Chur-Brandenburgiſchen Geſandten Meynung von beyden Puncten. Von der Sayn- und Wittgenſteiniſchen Sache.

VII. Der Schweden Erinnerung, über der Evangelicorum *Declarationes Ultimas*. Vom Titulo: *Semper Auguſtus* &c. *Evangelici* exhibiren den Kayſerlichen Geſandten ihre Ultima puncto Amneſtiæ & Gravaminum: ingleichen den Catholiſchen Ständen. N. I. Relation, was bey Exhibirung der Ultimorum an die Kayſerl. vorgegangen. N. II. Rationes, weswegen das einmahl verglichene nicht von neuen in Deliberation zu ziehen ſey.

§. VIII. *Deliberation* unter einigen Confidentioribus über den fernern *modum tractandi*. *Evangelici* verlangen von den Kayſerlichen die Extradition der noch rückſtändigen Schrifft. Die Kayſerlichen eröffnen den Evangeliſchen einige Erinnerungen der Catholiſchen.

IX. Die Kayſerlichen verſchieben den Fortgang der Tractaten bis auf Einlangung der Catholiſchen Stände Erklärung: Von der Crone Schweden *Seſſion* im Fürſten-Rath: Von der Stadt Erfurt Immedietät.

X. *Evangelici* dringen auf der Catholiſchen Stände Antwort ad Ultima Evangelicorum; Von dem Heſſen-Caſſelſchen *Satisfactions*-Punct.

XI. *Volmars* Deliberation mit dem Braunſchweigiſchen Geſandten über den Punctum *Amneſtiæ & Gravaminum*. Die *Alternativa* bey dem Stifft Oſnabrück wird zugeſtanden.

XII. *Evangelici* ſuchen durch Chur-Bayern die Beförderung der Catholiſchen Antwort. Von der *Religions-Parit*ät in der Stadt Augſpurg; deßgleichen am Cammer-Gericht; Von der Baadiſchen Sache.

XIII. *Evan-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN